Patronato de la Alhambra y Generalife
CONSEJERÍA DE CULTURA

***La presente colección bibliográfica digital está sujeta a la legislación española sobre propiedad intelectual.***
***De acuerdo con lo establecido en la legislación vigente su utilización será exclusivamente con fines de estudio e investigación científica; en consecuencia, no podrán ser objeto de utilización colectiva ni lucrativa ni ser depositadas en centros públicos que las destinen a otros fines.***

***En las citas o referencias a los fondos incluidos en la investigación deberá mencionarse que los mismos proceden de la Biblioteca del Patronato de la Alhambra y Generalife y, además, hacer mención expresa del enlace permanente en Internet.***

***El investigador que utilice los citados fondos está obligado a hacer donación de un ejemplar a la Biblioteca del Patronato de la Alhambra y Generalife del estudio o trabajo de investigación realizado.***

This bibliographic digital collection is subject to Spanish intellectual property Law. In accordance with current legislation, its use is solely for purposes of study and scientific research. Collective use, profit, and deposit of the materials in public centers intended for non-academic or study purposes is expressly prohibited.

Excerpts and references should be cited as being from the Library of the Patronato of the Alhambra and Generalife, and a stable URL should be included in the citation.

We kindly request that a copy of any publications resulting from said research be donated to the Library of the Patronato of the Alhambra and Generalife for the use of future students and researchers.

***Biblioteca del Patronato de la Alhambra y Generalife***
***C / Real de la Alhambra S/N . Edificio Nuevos Museos***
***18009 GRANADA (ESPAÑA)***
***+ 34 958 02 79 45***
***biblioteca.pag@juntadeandalucia.es***

CONSI
DEL C
DE GRÁ

A-6
3
17
B.P.A.G.

P.C. Monumental de la Alhambra y Generalife
CONSEJERIA DE CULTURA
JUNTA DE ANDALUCIA

BIBLIOTECA DE
LA ALHAMBRA
Est. A-6
Tabl. 3
N.º 17

JUNTA DE ANDALUCIA
P.C. Monumental de la Alhambra y Generalife
CONSEJERÍA DE CULTURA

571

D. Vellut...

P.C. Monumental de la Alhambra y Generalife
CONSEJERÍA DE CULTURA
JUNTA DE ANDALUCIA

24

P.C. Monumental de la Alhambra y Generalife
CONSEJERÍA DE CULTURA
JUNTA DE ANDALUCIA

R. 571
PATRONATO DE LA ALHAMBRA Y GENERALIFE BIBLIOT

# COMPILATIO METHODICA ERECTIONEM, SEU FUNDATIONEM, CONSTITVTIONES, REGALIA CAPITULA, CEREMONIASQUE CONTINENS,

ET PLURIMA ALIA AD RECTAM IN EO VIVENDI NORMAM, ac illius guvernationem ſpectantia, per illuſtris admodum Majoris Regalis Granatenſis Collegij, quod graviſsimorum Conſilio Prællatorum, & aliorum ab eorum Conſilijs, erexerunt, Invictiſsimus Imperator Maximus CAROLUS V. & Præclariſsima D. D. JOANNA ipſius quam digniſsima Mater, Hiſpaniarum, novique Orbis Indiarum Potentiſsimi Reges.




Donativo de S. Conde de Romanones a la Biblioteca de la Alhambra. 19..
Patronato de la Alhambra y Generalife
CULTURA
JUNTA DE ANDALUCIA

GRANATÆ.

# AD FUGANDAS INFIDELIUM TENEBRAS HÆC DOMUS LITERARIA FUNDATA EST.




ALMÆ CRUCI SALUTIS; ATQUE VICTORIÆ aſſertrici, ac Majoris Imperialis Collegij Tutelari Numini.

## ELOGIUM.

QUo me furentem præripit entheus
Ardor? Superni conſcia Numinis
Quæ flamma vexat? Quantus imo
Corde latens Deus uſque ſævit?

Hu-

BIBLIOTECA

Humana cogor linquere, & inſcius
Deſueta dudum ſigna capeſſere
Dextrâ reluctanti, & Deorum
Quâ vt trahant, retrahant vt nutus
Incertus ire heu! Terrea cedite.
Divina mentem diripiunt Sacro
Æſtu incalentem. Lingua motus
Ipſa ſuos cohibere nullâ
Nunc arte, nullo nunc potis eſt modo.
Incompta laxis ergo age, tibia,
Pulſanda nervis, & ſonanti
Aude aliquid modò grande cantu.
Pangenda, Divis pignus amabile,
Pangenda, terris grata colentibus
Crux eſt. Decoræ quanta laudis
Materies tibi digna ſurgit!
Qua voce, quo jam carmine concines
Dignam altiori Numine, & imparem
Phœbo vel ipſi? Qua potenti
Arte Crucem ſuper aſtra tolles?
Dic, vt Tonanti Crux quater optimo
Grata, & vel ipſo ſit magis æthere
Dilecta, quali digna fructu,
Queis opibus decorata fulget.
Vt traxit aureis Numen ab axibus,
Vt Patris almo detulit è ſinu
Natum uſquè terras, & volentem
Immerito ſociavit Orbi.
Vt corde dudum vixerit hoſpita
Repoſta ſacro: traxerit anxium
Vt pectus almum, donec optati
Orbe ſuo rediere Soles!
Queis illa amantem delicijs frui!
Quanta ò cieri pectore gaudia
Indulſit, vt viſa eſt Sacratum
Mole ſua premere apta corpus!
Digna, ò Superni ſarcina Numinis!

Im-

Impoſta Sacris utque humeris gravem
Demiſsit in terras Amorem, ac
Stravit humi pia, ſæva victrix
Vt ſparſa multo ſanguine ſuſtinet
Pendentis artus! Vt decus inclytum
Terræque, Cœloque invidendum
Vſque Dei nece major hauſit!
Quali triumpho, quot ſpolijs gravis
Queis ò trophæis vna ſuperbijt!
Mortiſque, noxæque, & furentis
Edomuit Phlegetontis iras.
Hac tutus Orbis. Hac hominum genus
Demiſſa terris otia Cœlitum
Et gaudium omnis labis expers
Corde agitat metuente nullas
Vmbras Averni; vel Styge pallida
Educta in auras monſtra minacia
Erroris, inſanæque turpeis
Hæreſeos quatientis Vrbes.
Cruce infidelis turba nocentium
Devicta cedet. Phœbus vt horridas
Vmbraſque, nubeſque, & minaces
Luce procul meliore nimbos
Abegit. Illâ ſtat niveus pudor,
Caſtiſque honores moribus integri;
Spectanda partis, & trophæis
Alma fides, temeranda nunquam.
Indemne victrix Relligio caput
Laureis decorum frondibus exſerit,
Et thure pacatura Divos,
Vſque ſuos animoſa cultus.
Protendit, & qua diſita gentibus
Sol luſtrat ortus, qua procul occidens
Recurrit, inviſitque regna
Cœruleæ novus hoſpes undæ.
Intaminati jura dat Imperi
Subnixa certis auſpicijs Crucis
Eccle-

P.C. Monumental de la Alhambra y Generalife
CONSEJERIA DE CULTURA
JUNTA DE ANDALUCIA

Eccleſia, & tutatur Orbem
Tartareis metuenda regnis.
Vlli ſtat hoſti cedere neſcia:
Inſanientis fluctibus vt maris
Objecta rupes temnit altos
Oceani quatientis æſtus.
Nil eſt timendum, Numine quem ſuo
Crux alma ſignat. Stat ſibi conſcius;
Objectat & tutum periclis
Vſque caput: Sibi poſcit hoſtes.
Regale quantùm ſub Crucis emicat
Benè auſpicato nomine, & omine
Collegium! Et quantis renidet
Alma domus decoranda lauris!
Vt nota ſurgit Palladis artibus!
Vt grata Divis! Grandibus inclytum
Vt nomen æquatura factis
Sidereas petit vſque ſedes!
Qualis rubenti fulget in æthere
Aurora, magni nuntia luminis,
It, nocte devictâ, diemque
Purpureo vehit ore terris:
Sic effugatis Cæſaris hæc domus
Erroris vmbris purpureum jubar
Effudit, & victrix rubentis
Grande togæ decus inde traxit.
Immane, quantis fulget adoreis
Spectanda! Quantis crevit honoribus!
Creſcetque *Plus Vltra*, & ſub alma
Tuta ſuos Cruce temnet hoſtes.
Crucem ter altis, tibia, plauſibus,
Crucem nitenti, dic age, carmine,
Terris, Averno, Cœlo, & ipſi
Vſque Jovi ſua jura dantem.

JUNTA DE ANDALUCIA
P.C. Monumental de la Alhambra y Generalife
CONSEJERIA DE CULTURA

# ENCOMIUM.

# IMP. CAROLO V.

## PIO, INCLYTO, FOELICI, TRIUMPHATORI CÆSARI SEMPER AVGVSTO, & Hiſpaniarum Regi.

*Authore Ioa. Bap. Rhincono Carpentano Imperiali Collega.*

AVſtriadum genus armipotens, opibuſque ſuperbum,
  Et Regnum ſerie, ſtemmatibuſque ſuis,
Dicere fert animus: tanto ſed noſtra Thalia,
  Eſt impar operi, noſtraque avena rudis.
Mæonius vates, Phæbæi, aut muſa Maronis,
  Vix canat hæc dignis arma, viroſque modis.
Carolus Auſtricæ gentis decus, inclytus heros,
  Peleida eſt maior, & duce Dardanio.
Qui cecinere virum captæ poſt tempora Troiæ,
  Cæſaris haud poſsint laudibus eſſe pares.
Quis furor ergo mihi mentem rapit, invia magnis
  Vatibus, vt tentem facta ſubire prior?
Sim venia dignus: grates ſic denique reddo,
  Quas poſſum, noſtro gratus alumnus, hero.
Vel canis ad menſam laute nutritus herilem,
  Cauda etiam grate indice lætus agit.
Ingenij, ſed enim parvæ dare vela carinæ,
  Non auſim: tantis ne ſuperetur aquis.
Non capit Auguſtas milleſima pagina laudes,
  Pictoris ſtylus hic ergo ſequendus erit.
Inſolita vt vaſtum depingeret arte Gigantem,
  Oblata artifici parva tabella fuit.
Cunctatus tandem digitum delineat albo,
  Immanem, ex digito noſcitur ergo Gigas.
Sic & in anguſta membrana pro indice ponam,
  Quæ mihi ſolicito noſtra Camæna dabit.
Carolus in terris hinc vſque ad Sydera notus,
  Novit & extremus decolor Indus eum.

Ille

P.C. Monumental de la Alhambra y Generalife
CONSEJERIA DE CULTURA
JUNTA DE ANDALUCIA

Ille mari notus Neptuno iure tridentem,
Eripit, & tumidum fluctibus imperium.
Pręclarus forma, inſignis, & corpore toto:
Vel ſolum id Regis ſtemmate dignus erat.
Religione pius, felix imitator avorum,
Et patrum tenuit funditus ille Fidem.
Eccleſiæ clypeus, & murus aheneus almæ
Objecit pectus hoſtibus intrepidum.
Hæreticos ferro, flammaque vrgere nefandos,
Graſſantem aggreſſus ſic abolere luem.
Quos divis, ſummoque Deo reddebat honores,
Quaſque præces? Aris munera quanta pijs?
Non pietate fuit maior, qui ex igne Penates,
Eripuit pelagi perque pericla tulit.
Non qui ſervavit flagranti ex æde Minervam,
Non Numa Romana religione prior.
Juſtitiam coluit peccantum acerrimus vltor:
Diſtribuit meritis præmia digna bonis.
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos,
Vrbibus, & populis iura ſequenda dare.
Jure magiſtratuſ, turpi non ære creabat:
Quo magis impuris ſordibus abſtineant.
Alter Alexander fortuna, & moribus, alter
Jlle Titus Romæ charus, & orbis amor.
Sic tandem imperium concorde pace ligavit,
Ceſſeruntque diu bella cruenta togæ.
Horrida ſed poſtquam ſeſe convertit ad arma,
Vulnificam credas Martis habere manum.
Hectora, magnanimumque armis referebat Achilem:
Dum bellum inferret, vel tueretur agros.
Ille dolos Ithaci, Diomedis, & aſpera pugnæ,
Robora laudatur conciliaſſe ſibi.
Teſtis erit Germania quondam opima triumphis,
Cæſaris, & domini iuſſa ſubeſſe iugo.
Romanæ Fidei pugnantia colla tyrannum,
Germanorum armis fregit, agente Deo.
Fudit Hyperboreas acies, curſuque citato,
Venerat, & vidit, atque trophæa tulit.
Impius in prædam ceſsit Saxonius heros:
Victoris domitus procedit ante pedes.
Hic iacet, in cœlum pugnam qui more Gigantum,
Anguipedum movit: ſic ovat ira Dei.
Cœpit Aphrodiſium Libicis in finibus vrbem:
Civibus haud fuerunt mænia tuta ſuis.
Tunetis Regem ex torrem miſeratus in arcem,
Reſtituit Regni, raptor, & inde fugit.

Movit ad Argelicos victricia, & agmina muros,
Solveret, vt genti vincula dura piæ.
Frangere certus erat Hiſpano militе portas,
Atque Aquilas media ponere in vrbe ſuas.
Interea magno miſceri murmure cœlum,
Incipit, increbuit turbinis inſtar aqua.
Tam vehemens limbus, tempeſtateſque ſonoræ:
Vt fuerit viſus præcipitare polus.
Deſtitit incæpto: ne contra iuſſa Tonantis,
Et cœlo invito Martis iniret opus.
Navibus impoſitis cunctis, retinacula claſsi
Soluit, & eſt terris redditus inde ſuis.
Sedavit patrios, civilia bella, tumultus
Motos: dum Heſperiæ finibus abſuerat.
Non aliter pelago navis quam orbata magiſtro,
Quæ iactata vndis mille pericla ſubit.
Hic magis illius claret, quam dulcis Iuli,
Blandium, & mitte ipſis hoſtibus ingenium.
Perfidiæ in paucis ſceleratos vindicat auſus,
Immune, & pœnæ vulgus abire iubet.
Pandite Caſtalides veſtrum, ò Helicona ſorores:
Francorum excidio Ceſar in arma ruit.
Parcite iam Reges tantum committere bellum:
Fœdera quin ſocia iungite pacta manu.
Tuque prior invenis Gallium Rex inclyte mentem,
Pone iſtam, & forti proijce tela manu.
Vicit amor belli, laudumque immenſa cupido,
Agmina, & agminibus conſeruere duces.
Ceſſerunt victi tandem, gens bellica Galli:
Rexque ſuus captus maxima præda fuit.
Captivum Cæſar lacrymis excepit obortis,
Victoris nolens iura manere ſibi.
Tolle tuum, præcor, Annibalem, victumque Syphacem,
Scipio, nulla iſtis clara trophæa magis.
Tu quoque Cæſareas vidiſti Roma cohortes,
Inque tuum recidit Franca ruina caput.
In gentes omneis quondam, quæ ſæpe triumphos,
Egerat, in ſpolium ſe modo victa dedit.
Non etiam Alcides tantum te lluris obivit,
Quantum & hic noſter induperator adijt.
Gadibus immenſam concluſerat Hercules orbem,
Non plus ille vltra limites eſſe putans.
Carolus Auguſto laxavit tramite mundum,
Pluſque vltra terræ iam ſuper eſſe docet.
Inde ſibi antiquas ſumpſit monumenta columnas,
Quas fixit durus Amphitryonades.

Poſtibus hæc noſtris clara ornamenta, ſigillo,
Et noſtro cum Aquilis, ſtemmatibuſque ſuis.
Carolus extremos primos penetrabit ad Indos,
Hiſpanuſque orbem cœpit habere nonum.
Affuit ergo ætas, qua non eſt vltima Thule:
Vt cecinit vates carmine veridico.
Cui magnus Fernandus avus, genitorque Philippus,
Moribus (vt docui) ſolus vtrumque refert.
Felix Cæſar avis, felixque parentibus almis,
Et prole, ac felix poſteritatis avus.
Natu illi maior ſoboles pręclara Philippus,
Cui fato, & titulo nemo ſecundus erit.
Non, mihi ſi centum linguæ ſint, oraque centum,
Percurram laudes magne Philippe tuas.
Quo me Carolides Turcis formido tyrannis
Et tanto dignus tu quoque patre venis?
Ottomana domus navali exterrita bello,
Efferret æternum nomen in aſtra tuum.
Quid memorem tandem præclare geſta Viennæ?
Quorum ope res omnis publica ſalva fuit.
Armavit Turca ingenteis, forteſque phalanges,
Excidium Heſperie triſte, neceſque minans.
Credimus innumeris conſtratum claſsibus æquor;
Quantas nec Xerxes duxit in arma ruens:
Defeciſſe amneis, epotaque flumina Mauro
Prandente, atque Aſiæ milite, equiſque feris;
Tertia pars hominum vix tunc perſtabat in armis
Cæſaris auxilio, nec bene tuta loco.
Ardebant, ſed enim violenti Martis amore,
Nixi animo, atque magis omnipotente Deo;
Turpi terga fuga vertit ſævisſimus hoſtis,
Et lacer in patriam fulminis inſtar abijt.
Sed maiora manent Auguſti exempla trophæis
(Sint ea multa licet) annumeranda ſuis.
Imperio, & regno ceſsit, natoque Philippo
Tradidit: & monachus maluit ille mori.
Imperium terris, animos æquavit Olympo:
Dum ſceptrum temnit, & diadema libens.
Hęc maior virtus ſeſe viciſſe, rebelles
Quam populos, hoſtes, & ſuperaſſe feros.
Sed quę Granatę me tanta oblivio cœpit?
Debet, & hæc domino munera multa meo.
Inclytus hanc vrbem Sarraceno ex hoſte recepit
Fernandus Fidei murus, & vmbo Dei.
Carolus ornavit operum monumenta relinquens;
Cœptaque magnanimus auxit avita nepos.

Col-

P.C. Monumental de la Alhambra y Generalife
CONSEJERÍA DE CULTURA
JUNTA DE ANDALUCÍA

Collegij molem media conſtruxit in vrbe,
Excelſę turris, arcis, & inſtar opus.
Herculeis fultum magnis, Parijſque columnis:
Frons, valuę oſtendunt Cæſaris eſſe domum.
Intus habet Muſis erectum grande Liceum:
Divus Aquinas hic, Hyppocrateſque viget.
Pontificum placita, & prudentum iura virorum,
Doctus Ariſtoteles, grammaticuſque labor.
Sacrę alit, & muſę Collegas, Juſtinianos,
Et quos decretum laurea parta iuvat.
Lutea cuique chlamys, Tyriumque inſigne decori
Purpura, nobilibus veſtis amica, rubet.
Raris illa datur, laudat quos docta facultas,
Moribus, & clara nobilitate pares.
Hos equidem expectant ſublimes iure cathedrę
Anullus, atque ſacer, cauſia, & oſtrifera.
Jura Senatorum, faſces, regale tribunal:
Quę vtinam ex meritis donet vtriſque Deus.
Ergo agite ò memores fratres, magnique ſodales
Auguſto grates, qui bona tanta dedit:
Spargite humum violis, & ſacram floribus vrnam
Cæſaris: hæc pietas, & ſua dona petunt.
Thure parentate, & precibus, ſacriſque litatis:
Reddite vos divo vota quotannis hero.
Auguſtos manes ò terque, quaterque vocate:
Ac alacres ferte nomen in aſtra ſuum.
Dum celebris Daurus Eliberim excurret in vrbem;
Singilis, & campo defluet amne levi.
Dum iuga, cæde ſua tinxit quæ Aquilarius heros;
Perpetua fuerint frigida, & alva nive.
Florebit pulchris, & dum Granata puellis;
Et multa Tisbes arbore dives erit.

# FINIS.

P.C. Monumental de la Alhambra y Generalife
CONSEJERÍA DE CULTURA
JUNTA DE ANDALUCIA

REYNANDO NUESTRO CATHOLICO REY, Señor, y Patrono, el Señor Don Fernando el Sexto, determinò el Colegio ſe hizieſſe eſta Reimpreſsion, con Aprobacion del Señor Don Juan de Lerin y Bracamonte, del Conſejo de ſu Mageſtad, ſu Oydor en eſta Real Chancilleria, y Viſitador, por ſu Mageſtad, de eſte Real Colegio, como reſulta de Libro de Actas, à que me refiero: Granada à ocho dias del mes de Enero de mil ſetecientos y cinquenta años.

*Don Franciſco Antonio de Olea,*
Colegial Secr.

## ERRATA SIC CORRIGITO.

PArt.2. fol.1. lin.8.lege *enim*.lin.20. leg.*Bacchalaureatus*. lin.23.leg.*tantum*. fol.3.lin.22.leg.*recipiatur*.fol.4.lin.2.leg.*in*.lin.10.leg.*annorum*.lin.18.leg. *excedet*:: *ſicut*.fol.5.lin.24.leg.*prandij*.fol.6.lin.9. leg.*executioni*.lin.18.leg.*Deiparæ*.lin.32.leg.*in*.fol.7.lin.9.leg.*cœnam*.fol.8.lin.7.leg.*tale*.fol.11.lin.35.leg.*eorum*.fol.12.lin.2.leg.*nullus patietur*. Part.4.fol.86. lin.10.leg.*attigit*. fol.89.lin. 16.leg.*Eſcrivano*, donde *Medico*.

P.C. Monumental de la Alhambra y Generalife
CONSEJERÍA DE CULTURA
JUNTA DE ANDALUCIA

PRE-

# PRIMA PARS.

## DE COLLEGIJ ERECTIONE, ATQUE IPSIUS FUNdatione, alimentis, alijſque ad ea pertinentibus, & illius Tribunali, coram quo ejus cauſæ pertractantur, & qualitatibus in eo recipiendorum.

# CEDULA REAL

## DE LOS SEñORES DON CARLOS V. EMPERADOR ſemper Auguſto, y Doña Juana ſu Madre, Reyes de las Eſpañas, cerca de la Fundacion de ſu Colegio Mayor, y Eſtudio General de la Ciudad de Granada.

1. DON CARLOS POR LA DIVINA CLEMENcia, Emperador ſemper Auguſto, Rey de Alemania, Doña Juana ſu Madre, y el miſmo Don Carlos por la gracia de Dios Reyes de Caſtilla, de Leon, de Aragòn, de las dos Sicilias, de Jeruſalèn, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Sevilla, de Cerdeña, de Gordova, de Corzega, de Murcia, de Jaen, de los Algarves, de Algecira, de Gibraltar, è de las Islas de Canaria, è de las Indias, Islas, y Tierra Firme de el Mar Occeano, Condes de Barzelona, Señores de Vizcaya, è de Molina, Duques de Athenas, è de Neopatria, Condes de Ruyſellon, è de Cerdania, Marqueſes de Oriſtàn, è de Godeano, Archiduques de Auſtria, Duques de Borgoña, è de Bravante, Condes de Flandes, è de Tirol, &c. A vos el muy Reverendo in Chriſto Padre D. Pedro de Alva, electo de la Igleſia, è Arzobiſpado de Granada. Salud, è gracia, ſepades, que nos acatando, è conſiderando los muchos, è grandes beneficios, que Dios N. Señor, è de ſu poderoſa Mano avemos recebido, è recebimos de cada dia, de que le ſomos deudores, deſſeando enderezar à nueſtros ſubditos, como ſomos obligados al conocimiento, è lumbre de nueſtra Santa Fè Catholica, è Doctrina Evangelica, para que enſeñados en ella la oygan, è obren, è obrandola alcancen por ello la Bienaventuranza, para que todos ſomos criados; è conſiderando aſsimiſmo, que las Ciudades, è Villas, è Lugares del Reyno de Granada ha muy poco tiempo, que ſe ganaron, è tomaron de los Moros, è que al preſente no ay en el dicho Reyno Eſtudios, è Eſcuelas, donde puedan ſer moſtrados, è enſeñados, è inſtituìdos en la Ciencia algunas buenas perſonas, para que prediquen, y enſeñen la dicha Doctrina

*Granada. Año de 1526. à 7. de Diziembre.*

*Comiſsion à el electo Arzobiſpo de Granada, para la Fundacion, y motivos, que huvo para hazerla.*



Patronato de la Alhambra y Generalife
JUNTA DE ANDALUCIA
PATRONATO DE LA ALHAMBRA Y GENERALIFE BIBLIOTECA

trina Evangelica, è para que informen à los Fieles Chriſtianos, è mayormente à los nuevamente convertidos en lo que han de hazer, è obrar; è aſsimiſmo viendo, que no ay Eſcuelas, è lugares convenientes donde los fijos de los Chriſtianos, eſpecialmente de los dichos nuevamente convertidos, dende ſu niñez, è tierna edad ſean enſeñados, è doctrinados en las coſas de la Fè, è otras loables coſtumbres. Para remedio de todo lo qual, Nos con parecer de algunos Prelados de nueſtros Reynos, è algunos de el nueſtro Conſejo, è otras perſonas de buena vida, è doctrina, que para ello mandamos juntar en nueſtra Corte, avemos acordado de hazer, y edificar en la dicha Ciudad de Granada, como Cabeza del dicho Reyno, vn Colegio de Logica, è Philoſophìa, è Theologìa, è Canones, en el qual agora, è de aqui adelante, para ſiempre jamàs, aya doze Colegiales, è vn Rector, y que eſtos tengan para ſu ſervicio vn Deſpenſero, y vn Cocinero, y vn Refitolero, y vn Portero, è que en el dicho Colegio aya quatro Maeſtros, para que aquellos, è otros, que agora ay en la dicha Ciudad, lean las dichas Ciencias, è Artes de Logica, è Philoſophìa, è Theologìa, è Canones, è Gramatica, è caſos de conciencia. E otroſi, que junto con el dicho Colegio aya vna Caſa, que ſea Eſcuela, en la qual aya continuamente à lo menos cien niños, que por agora de preſente los primeros que en ella ſe puſieren ſean fijos de nuevamente convertidos del dicho Arzobiſpado de Granada, quales à vos el dicho electo pareciere, è que allì ſe les dè de comer, è beber, è veſtir, è calzar, è las otras coſas neceſſarias, è que aya Maeſtros, è perſonas de ciencia, è prudencia, para que les enſeñen, è doctrinen en las coſas de nueſtra Santa Fè Catholica, è en otras buenas, è loables coſtumbres. E para ſuſtentacion, è mantenimiento de todos los dichos Maeſtros, è Colegiales, è niños, è perſonas, he mandado dotar, è ſeñalar cierta quantìa de maravedis en nueſtras Rentas Reales, è en otras ciertas partes; è porque cerca de la forma, è manera de como han de ſer recebidos, è elegidos los Maeſtros, è perſonas, que han de leer, è enſeñar las dichas Ciencias, y los dichos Colegiales, y ſervidores, è los dichos niños, è de què edad, è calidad, è condicion han de ſer, y los ſalarios, è Prebendas que han de tener, è còmo, è en què recogimiento, è obſervancia han de eſtar, è vivir, è còmo han de ſer enſeñados, è doctrinados, è criados los dichos niños, è faſta què tiempo, è todo lo otro que cerca de ello ſe ha de guardar, è cumplir, conviene de ſe hazer Ordenanzas, è Inſtituciones, confiando de la mucha ciencia, è prudencia, è buena vida, y en exemplo de vos el dicho electo de Granada. E viendo, que aſsi cumple al ſervicio de Dios N. Señor, è nueſtro, è à la buena conſervacion, è perpetuidad de todo lo ſuſodicho, por la preſente vos lo encomendamos, è cometemos, è vos damos todo nueſtro poder cumplido baſtante, para que teniendo à Dios ante vueſtros ojos, è las buenas, è ſantas conſideraciones, è reſpetos, que para ſemejante caſo ſe deben tener, podais hazer, è hagais todas las Ordenanzas, è Conſtituciones, que vos pareciere que conviené, è ſe debe hazer cerca de la forma, è manera de còmo ha de ſer el dicho Eſtudio, è Colegio, y Caſa de niños, y quantos Maeſtros, y Lectores, è quantos Colegiales, è ſervidores ha de aver en ellas, è còmo, è quales perſonas, è de què calidades han de ſer recebidos, è acogidos en ellas, è què forma han de

tener

P.C. Monumental de la Alhambra y Generalife
CONSEJERIA DE CULTURA
JUNTA DE ANDALUCIA

tener en ſu manera de leer, enſeñar, è eſtudiar, è en ſu veſtir, è comer, è en todas las otras coſas neceſſarias, è quanto ha de aver cada vno de los dichos Maeſtros, é Lectores, è perſonas de ſalario, è ſobre todo lo otro de ſuſo contenido, è ſobre las otras coſas, que vos vieredes que conviene hazer, Ordenanzas, è Conſtituciones, para ſervicio de Dios N. Señor, é la buena orden, è conſervacion de todo ello, è aſsi fechas las embiad ante Nos, para que como Patrones, è Fundadores que ſomos, è avemos de ſer de todo ello, lo confirmemos, è aprobemos, è embiemos à ſuplicar à nueſtro muy Santo Padre, que lo confirme, è apruebe, è conceda, è dè para ello las Bulas, è Breves, que fueren neceſſarias.

*Aſsignaciō de maravedis para la Fabrica del Colegio.*

2. Por otroſi vos el dicho electo bien ſabeis, como en la ereccion, è creacion, que los muy Reverendos in Chriſto Padres Cardenales D. Pero Gonzalez de Mendoza, Arzobiſpo de Toledo, è Don Diego Hurtado de Mendoza, Arzobiſpo de Sevilla, fizieron por Bulas, è Breves, que para ello tuvieron de la Igleſia Cathedral de la dicha Ciudad de Granada, è de las otras Igleſias Parroquiales de las Alpujarras, è de otros Lugares de ſu Arzobiſpado, dieron, è aplicaron à cada vna de las dichas Igleſias Parroquiales cierta parte de Diezmos, è Rentas, è Poſſeſsiones, è otras coſas para el Beneficio, è Fabricas de ellos, y en la dicha ereccion ſe contiene, que en cada Igleſia aya vn Clerigo, è que eſte tenga doze mil maravedis en cada vn año para ſu mantenimiento, è que como fuere creciendo la Renta de cada Igleſia, vayan creciendo los Beneficiados de ella, de manera, que aya tantos Clerigos, è Beneficiados en cada Igleſia para quantos baſtare la dicha Renta. E ſomos informados, que de la Renta que pertenece à los dichos Beneficios, demàs de ſer pagados los Clerigos, que en ellas ha avido, è de lo que pertenece à las Fabricas de las dichas Igleſias ha quedado de los años paſſados faſta en fin de eſte preſente año de quinientos è veinte è ſeis años, muchas quantìas de maravedis, que no ſe han gaſtado en el acreſcentamiento de los dichos Clerigos, ni en el reparo de las Igleſias, è que eſtà en poder de algunos Mayordomos, è otras perſonas que lo deben; è porque yo he mandado, que dende luego ſe hagan, è labren las Caſas, vna para el dicho Eſtudio, è Colegio, de que de ſuſo ſe haze mencion, è otra para la dicha Eſcuela de niños, las quales fue taſſado, è moderado, que coſtaran à hazerſe, y edificarſe quinientos è ſetenta è cinco mil maravedis poco mas, ò menos; è porque lo que ha ſobrado, è quedado de las ſuperſcrecencias de los dichos Beneficios, ya no ſe puede gaſtar, ni deſtribuir conforme à la dicha ereccion; è Nos como Patrones, è Fundadores de todo ello, podemos mandar gaſtallo en obras pias, è neceſſarias al bien de la Igleſia, è Fieles Chriſtianos de el dicho Arzobiſpado; è no ſe puede gaſtar en otra coſa tan ſanta, è meritoria, è neceſſaria como en hazer edificar las dichas Caſas, para lo que dicho es: por ende por la preſente vos damos poder, è facultad, para que vos el dicho electo podais hazer, y edificar las dichas Caſas en la dicha Ciudad de Granada, en el ſitio, è del grandor, è con los Apoſentos, è ſegun, é de la manera, que os pareciere que conviene para el efecto que ſe hazen; è que para las hazer, è labrar, y edificar, podais recebir, è cobrar, è tomar vos, ò la perſona que para ello nombraredes, è ſeñalaredes, lo que fuere meneſter, haſta en quantìa de los dichos quinientos

P. Monumental de la Alhambra y Generalife
CONSEJERIA DE CULTURA
JUNTA DE ANDALUCIA

tos è ſetenta è cinco mil maravedis, de lo que qualeſquier años paſſados faſta en fin de eſte dicho preſente año ha quedado, è ſobrado, è ay para gaſtar, è deſtribuir de los Diezmos, è Rentas, è Poſſeſsiones, que aſsi eſtàn dotados, è aplicados para los dichos Beneficios, è para las Fabricas de las dichas Igleſias, lo que podais recebir, è cobrar, è tomar, como dicho es, de los Mayordomos de las dichas Igleſias, è de los Arrendadores, è Fieles, é cogedores, è terceros de las dichas Rentas, è de otras qualeſquier perſonas en cuyo poder eſtuviere, à los quales mandamos, que rendan con ello à vos, ò à la perſona, que vos para ello nombraredes, è ſeñalaredes, como dicho es, è que tomen vueſtras Cartas de pago, ò de quien vueſtro poder, ò ſuyo oviere, con la qual, ò con el Traslado ſignado de eſta Carta; mandamos, que les ſea recebido en quenta, è que no les ſea pedido, ni demandado por perſona alguna, que Nos por la preſente pagandolo à vos, ò à la perſona que nombraredes, como dicho es, les damos por libres, è quitos de lo que aſsi pagaren, para agora, è para ſiempre jamàs. E para ſaber todo lo que ſe debe, y eſtà por cobrar de lo ſuſodicho, podais vos, ò la perſona que aſsi nombraredes, tomar, è tomeis las quentas de lo que los dichos años paſſados, è eſte dicho año han montado, è rentado, è valido las Rentas de los Diezmos, è Poſſeſsiones, e otras Rentas pertenecientes à las dichas Fabricas, è Beneficios à las perſonas à cuyo cargo ha ſeydo, è es, e de lo que de ello han gaſtado, e pagado, e hazer, e liquidar las dichas quentas, e alcance de ellas, para que ſe cobre lo que de ellas ſe debe, ſegun, e como dicho es, e lo que quedare, e ſobrare de lo ſuſodicho de los dichos años paſſados haſta en fin de eſte dicho preſente año, demàs, e allende de lo que fuere meneſter para la obra, e labor de las dichas dos Caſas, como dicho es, mandamos, que ſe gaſte, e deſtribuya en las obras, e reparos de las dichas Igleſias, e otras coſas neceſſarias à las Fabricas, e conſervacion de ellas, ſegun, e como, e de la manera, que pareciere à vos el dicho electo de Granada, e lo dieredes por copia firmada de vueſtro nombre, e ſignada de Eſcrivano Publico.

*Aſsignaciò de Renta para el alimento de los doze Colegiales y vn Rector, è quatro Familiares.*

3. Otroſi, por quanto à los dichos Prelados, e perſonas, q̃ para lo ſuſodicho ſe juntaron, pareciò, q̃ los dichos doze Colegiales, e vn Rector, e quatro ſervidores, que ha de aver en el dicho Eſtudio, e Colegio, como de ſuſo ſe contiene, avràn meneſter ciento e cincuenta mil maravedis en dineros en cada año, e ciento e cinquenta Fanegas de Trigo, que ſe taſſa vn año con otro en veinte e cinco mil maravedis, que ſon todos ciento e ſetenta e cinco mil maravedis en cada vn año para ſu mantenimiento, e veſtuarios, e otras coſas neceſſarias, los quales no ay de donde, e como puedan ſer dotados, e pagados de la dicha quantìa, tambien como lo ſeràn de lo que de aqui adelante quedare, e ſobrare de las ſupercreſcencias de lo que aſsi eſtà dotado, e aplicado para los dichos Beneficios, demàs de ſer pagados los Clerigos, e Beneficiados, que agora ay de las dichas Igleſias, e los que en ſu lugar ſucedieren, porque aquellos baſtaban para el ſervicio de ellas. E de hazerſe el dicho Colegio, Dios N. Señor ſerà muy ſervido, e los Fieles Chriſtianos muy enſeñados, e alumbrados, y aprovechados, por ende Nos como Fundadores, e Dotadores, e Patrones de las Igleſias del dicho Arzobiſpado de Granada, e como mejor podemos, e debemos;

P.C. Monumental de la Alhambra y Generalife
CONSEJERIA DE CULTURA
JUNTA DE ANDALUCIA